

396

Virgineæ virtutis amans exemplar, agalma
Illecebras mulcens cum pietate placet.
Maeste tuo dono, quod donat ab æthere Numen:
Sors mea nil addit, nî pia verba Pari:
Vive diu sospes, Par lectum, pace perenna,
Et seram stirpem, non sine fruge, vide!
CHR. MOLLERUS, Cantor.

Ad SPONSAM lectissimam

Ex Tob. c. 10. v. 12.

Sponsula fungatur cordata munere Sara,
Ut colat & Socrum, non minùs & Socerum.
Casta marita suo suffundat philtrea marito:
Pignora fœcundi curet ametq; tori.
Ut surgat, currat, vigilet, vigilando ministret.
Fatur, ut hortetur. *Quæ tibi, SPONSE, detur,*
Quæis precibus valeo, cœlestia Numina posco:
Votum sisto meum. Linqvo cuiq; suum.
MATTH. SEYLERUS.

GREGORIUS MOELLERUS,

*per transpositionem litterarum
mutato r. in e.*

ORO, EGREGIUS MELLEUS.

ORO DEUM summum, thalamus quo vester in orbe
EGREGIUS nec non MELLEUS usq; fiet.

* * *

Te supplex veneror, thalami Fundator & Autor:
Da clemens SPONSIS prospera quæq; novis.
Da, semper socii capiant tot gaudia lecti,
Volvit Gorlicium saxa quot uda vadum.
Da, mensæ cingat soboles numerosior orbem:
Palmitè ceu Pallas divite cingit humum.
Da post hanc Illis vitam cœlestia regna,
Alme DEUS, nobis qui dare cuncta potes.
THEOPHILUS VECHNERUS.

SI Rosas carpis, sine lesione
Tollis haud illas, quia flos Rosarum
Cinctus est spinis, facile nocere
Quæ tibi possunt.

Cura